



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. I. Præmittuntur quæ apud omnes sunt certa, & referuntur sententiæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77132)

inquit D. Thomas suprà relatus, non possunt terminare odium propriè dictum.

Ad confirmationem, concessa Majori, nego Minorem. Nam licet causa disiplentiae inimici sic injuria & offensa illata, illa tamen supposita, non solum injuria, sed etiam persona quæ injuria intulit, disipler offendit, quatenus vellet illam non esse.

47. Ad probationem secundæ partis Minoris principalis, concessa Majori, nego Minorem. Ad cujus probationem, dicendum est, quod licet omnis actus voluntatis creatæ debat terminari ad bonum, verè vel appenter conveniens subiecto appetenti, non tamen omnis perit terminari ad bonum convenientes alteri subiecto, sed aliquando fertur ad malum alteri noxiū. Et ita contingit in odio inimicitiae, nam odio habens aliquem, vult illi malum, quia illud quod alteri malum est, sibi ipsi judicat convenientis: unde terminatur ad illud, ut convenientis sibi, & ut alteri disconveniens, nocivum, & malum.

48. Contra secundam conclusionem, nullum proponit Suarez argumentum quod italicus ponderis illud enim quod supponit, & non probat, nempe iram in suo conceptu formaliter solum importare appetitum vindictæ, nec includere ordinem ad tristitiam ab offendente illatam, eadem facilitate negatur, quæ asseritur; & constat esse fallitum in judge, qui cum sedato animo puniat latronem, non propriè illi irascitur, sed solum exercera cunctum justitiae vindicative. Unde cum D. Thomas 1.2. quæst. 47. art. 1. ad 1. ait: *Ira non dicitur in Deo secundum passionem animi, sed secundum iudicium justitiae, prout vult vindictam facere de peccato: solum vult, aliquid ad perfectionem pertinens, quod in ira inventur, nempe voluntatem puniendo peccata, in voluntate Dei reperiit; non autem ad aquitatem iuræ rationem, de cuius conceptu est iudicium tristitiam ab altero illatam, ut ex eodem S. Doctore jam vidimus.*

## DISPUTATIO VII.

*De Iustitia, & Misericordia Dei.*

*Ad quæst. 21. prima pars.*

**E**X his quæ diximus disputatione præcedentiæ de actibus & affectibus divina voluntatis, facile colligi potest, quænam virtutes affectivæ formaliter in Deo reperiantur. Nam quantum ad hoc observanda est communis regula Theologorum, qui statuunt tanquam certum, eas solum virtutes quæ nullam in suo conceptu se ratione formaliter includunt imperfectionem, formaliter Deo competere. Ex quo principio inferunt, virtutes quæ respiciunt alterum, ut superiorem, vel æqualem: ut religio, obedientia, pietas, observantia, &c. Vel quæ versantur circa moderationem passionum: ut fortitudo, quæ moderatur timorem; patientia & mansuetudine, quæ habent moderari tristitiam & saevitatem; & temperantia, quæ circa moderationem deflationem corporearum versatur, formaliter in Deo non reperiiri: quia hujusmodi virtutes in sua ratione formaliter includunt aliquam imperfectionem Deo repugnantem. Relat ergo solum difficultas, an justitia & miseri-

A cordia sint in Deo formaliter, vel tantum ementer? quam hic breviter discutiemus & refolvamus.

### ARTICULUS I.

*Quæ Iustitia formaliter Deo conveniat;*

*S. I.*

*Premittuntur quæ apud omnes sunt certa, & refurruntur sententia.*

**S**uppono primum tanquam certum, justitiam, sive & propriè in Deo reperiiri, abstractendo pro nunc à speciebus illius, an scilicet illa integralis, commutativa, vel distributiva. Nam Deo passim Scriptura concedit attributum justitiae officiumque judicandi justè, & reddendi unicuique quod suum est: quod non metaphorice, sed cum omni proprietate Deus exercet. Unde statim initio Genesii, ubi vulgata versio habet: *In principio creavit Deus calum & terram, Hebrei legit: In principio eravit ὥν τὸν θεόν, id est, iudices: quia (inquit Tertullianus) A primis creator tam bonus quam & justus. Pariter que utrumque processit. Bonitas eius operata est mundum, iustitia modulata est.... Iustitia opus est quod inter cœm & tenebras separatio pronuntiata est, inter diuinum & noctem, inter calum & terram, inter aquam superiorum & inferiorem, inter mariscatam & aridam, inter luminaria majora & minoria, diurna aqua nocturna, &c. Omnia ut Bonitas concepit, ita iustitia distinxit.*

Suppono secundum, justitiam quæ definitur: Theologis & Jurisperitis: *Virtus ius summa, que tribuens, in tres potissimum species dividit: scilicet in legalem, distributivam, & commutativam: omnis enim iustitia propriè dicta est alterum, ut docet D. Thomas 2.1. quæst. 8. art. Triplex autem potest fieri comparatio ad alterum: vel comparando partem ad totum, vel totum ad partem, vel partem ad partem. Si pars ad totum comparetur, est iustitia legalis, quæ habet ordinare hominem ad bonum commune, & imperare ad implectionem legum in ordine ad bonum communis: si fiat comparatio totius ad partes, est iustitia distributiva, per quam, vel publica, vel caput ejus, nomine ipsum, distribuit bona vel pœnas, pro mensura & proportione meritorum vel demeritorum. Si fiat comparatio partis ad partem, est iustitia commutativa, quæ scilicet in contractibus, commerciis, & permissionibus, unus civis & qualitatem servat in ordinis ad alterum. Legendum est S. Thomas 1.1. quæst. 61. art. 1.*

Suppono tertium: Præter tres illas species iustitiae, esse alias virtutes ad justitiam reductive pertinentes, quæ partes potentiales iustitiae appellari solent; quia imitantur quidem & amulant rationem iustitiae, ab ea tamen deficit, vel quia non possunt reddere & quale, ut religio, pietas, & observantia. Vel qualicet possint reddere & quale, non habent tamen rigorem debitum & legale, sed morale tantum, quod attenditur secundum honestatem aut decetiam, non vero secundum legis obligationem: ut liberalitas, gratitudo, fidelitas, amicitia, &c.

Suppono quartum: Justitiam saltem legalem, & Deo formaliter reperiiri. Hac enim, ut docet D. Thomas 2.2. quæst. 58. art. 6. est in Principe architectonicæ, quasi in imperante & dirigente, in subditis autem secundariis, & administrative,

tanquam in subjectis & obedientibus legi: unde A  
cum Deus sit Rex Regum, & dominus dominorum, ac supremus moderator totius universi. Per quem Reges regnant, & legum conditores iusta discernunt, ut dicitur Proverb. 8. non est dubium quia in illo sit justitia legalis, superiori modo, quam in omni Principe. Quare solam relat difficultas, & controversia, inter Theologos, an etiam in Deo sit ponenda formaliter iustitia commutativa, & distributiva, vel solam eminenter? Pro cuius resolutione.

B Suppono ultimò: Distributivam justitiam in respectum à commutativa offerre, quod haec compensatione debiti servat proportionem ex aequalitate arithmeticam & absolucionem, que fit secundum computationem numeri a numeru: si enim debitor debeat v.g. centum numeros creditori, centum etiam illi restitucere debet. Illa vero obseruat solam proportionem geometricam, seu respectuam, que sit secundum proportionem diverorum respectuum, qualis Geometra considerat in diversis signis & quantitatibus. Siéut si pater familias v.g. debet distribuere familia sua vestes, non debet easdem dare toti familia, sed minoribus minores, & maiori bus maiores: unicuique secundum suam proportionem. Et in distribuendis bonis reipublicæ (in quo situm est officium iustitiae distributivæ) non debet sic attendi meatum, ut tot partes bonorum recipiat civis, quae habet gradus meriti: ut si habeat centum, centum etiam recipiat: sed si habent quinquaginta gradus meriti, dentur viginti partes bonorum reipublicæ, habenti centum, debent triduci quadraginta. His presuppositis.

C Circa propositam difficultatem varie opinantur Autores, omnes tamen sententiae ad tres pricipias (quarum duæ extreæ exponuntur, altera inter utramque mediat) reduci possentissimo. Suarez enim affirmit dari in Deo iustitiam non solùm distributivam, sed etiam commutativam in ordine ad homines, fundam in pacto & promissione que intercedit inter Deum & nos; ita quod si Deus non redderet quod ex pacto convenit, violator esset stricti juris, & propriæ ac specialis iustitiae. Si docet in Opus. d. sp. de iustitia Dei, ipsum sequitur Granado, Tannerus; & alii ejusdem familiæ. Vazquez autem cui adhærent Lessius, Sanchez, & Arrabal, docet in Deo non dari veram & strictam iustitiam, neque commutativam, neque distributivam, & premium reddi à Deo bonis operibus ex sola fidelitate, vel gratitudine, aut alia virtute simili, que sit pars potestativa iustitiae, non species ejus. Thomistæ vero media via inter has duas sententias extreæ propositas incidentes, tenent in Deo non dari iustitiam commutativam, bene tamen distributivam, & vindicativam, que est pars potestativa iustitiae, habens distribuere præmia & supplicia, secundum proportionem meritorum vel demeritorum. Hanc sententiam clare & in terminis docet Angelicus Praceptor, ut constabit ex locis statim referendis: unde illum sequuntur Capreolus, Cajetanus, Ferrarensis, Soto, Gonzales, Marcus à Seria, Joannes à S. Thoma, & alii communiter.

Tom. I.

PPP 3 quid

## §. II.

## Statuitur prima conclusio.

D Ico primò: In Deo non dari iustitiam commutatiyam.

Probarur primò conclusio ex D. Thoma in 4. dist. 46. quest. 1. art. 1. ubi ait: *Iustitia commutativa per quam aequalitas constituitur inter Deum dantem & creaturam recipientem, Deo competere non potest secundum propriam acceptiōnem.* Et 1. cont. Gent. cap. 93. *Iustitia, quantum ad commutativis actum, Deo competere non potest, cum ipse à nullo aliquid accipiat.* Vnde ad Romanos 11. dicitur: *Quis prior dedit illi, & retribuet ei?* Et 1ob. 41. *Quis ante dedit mihi, & reddam ei?* Per similitudinem tamen aliqua dari Deo dicuntur, inquantum Deus nostra data acceptat: non igitur sibi competit commutativa iustitia. Et hic artic. 1. *Iustitia commutativa, vel directiva commutationum, non competit Deo, quia ut dicit Apostolus ad Roman. 11. Quis prior dedit illi, & retribuet ei?*

Dices, D. Thomas solūm excludere à Deo iustitiam commutativam, eo modo, & cum illis imperfectionibus, cum quibus reperitur inter homines; non autem negare, iustitiam commutativam Deo convenire secundum suam rationem formalem, & ut purificatam ab his imperfectionibus.

E Sed cor. arta: Secundum modum illum imperfectum quo virtutes sunt in nobis, non solūm iustitia commutativa, sed nec distributiva, nec misericordia, nec liberalitas & magnificencia, nec sapientia & prudentia sunt in Deo, sed modo altiori & divino: Ergo si D. Thomas intenderet solūm excludere à Deo iustitiam commutativam, secundum eas imperfectiones quibus affecta est in nobis, & non secundum se, etiam alias virtutes negare debet Deo, quia non sunt in Deo illo modo quo in nobis: sed alias virtutes, & nominatim iustitiam distributivam concedit Deo, & commutativam excepit, ut magis constabat ex locis infra referendis: Ergo &c. Addo quod ratio D. Thomæ quam in prædictis locis insinuat, & quam statim exponemus, probat Deo non posse convenire iustitiam commutativam secundum se, & secundum suam rationem formalem & essentialem.

F Probatur ergo secundò conclusio ratione, quam indicat D. Thomas locis relatis. Ad iustitiam commutativam propriè dictam necessariò requiritur, ut debitum legale oriatur in uno extremo ex duabus inter quæ talis iustitia intercedit, ex dato & tributo alterius: Sed nulla creatura potest aliquid dare vel tribuere Deo: Ergo in illo non potest esse iustitia commutativa in ordine ad creaturas. Major videtur certa & constans apud omnes: si enim aliquis nihil alteri det vel tribuat, non potest illum constituere debitorem, nec illum obligare ex vera & stricta iustitia. Minor vero in qua est difficultas probatur primò ex locis Scripturarum à D. Thoma allegatis. Secundò ratione: Nam dare aliquid alteri est non constituere sub dominio & potestate illius: Sed repugnat quod aliqua actio creaturæ, sub dominio & potestate Dei constituantur, quia quæcunque actio vel communicatio creaturæ, ita est Dei, & sub dominio ejus, sicut quæcunque res creata, & multò magis, quam sub dominio proprio: Ergo repugnat creaturam per sua bona opera ali-